

*Hoc auctor Burchurus... epit<sup>2</sup>, neque de pedestri libro aliter iudico; sive ante sive post scriptus sit. Certe de episcopi morte a. 1130. etiam hoc nihil tradidit, sed in a. 1127. substitit. Sermo sententiis ex sacra scriptura sumtis nimis impletus. Res vero auctor bene habuit compertas easque candide memoriae tradidit.*

25

*Qui Burchardo successit Liethardus episcopus, a rege constitutus, historiographum coaevum<sup>2</sup> nactus est canonicum ipsi nimis infensum, qui eum tamquam Teutonicum<sup>3</sup> acerbis verbis mores castigat, post paucos annos depositum maledictionibus prosequitur. Versus duodecim syllabarum bini tantum simili exitu coniuncti sunt. Sermo parum cultus, etiam contra grammaticae 30 regulas peccans<sup>3</sup>.*

*Ad primam vero versuum formam redit Vita Nicolai sive, ut rectius dicam, historia primorum eius annorum (1135—1138), quae longius ex certa rerum cognitione exponitur, ita tamen ut nonnulla taceantur, quae aliunde comperta habemus. Auctorem eundem esse, qui Vitam Galceri scripsit, vix contenderim<sup>4</sup>;* 35

1) De Smedt p. XIII. censem verbis 'praelibato Hugonis', cum ipse auctor Hugonis nondum mentionem fecerit, ad Vitam Galceri referri; sed auctor potius de Gestis Lietherti et Gerardi II. cogitare videtur.  
2) st. 21: *in quantum vidimus atque probavimus, qui sui privati esse debuimus.* 3) str. 9: *fuit in dubium.*  
4) Ita statuit de Smedt, p. XVI, praesertim versuum forma persuasus. Etiam similes locutiones deprehenduntur; cf. Galc. str. 177: *Unde modo contraire ne videar matteriae, hoc reservabo dicere in suo recto ordine.*

Nic. str. 16: *Scripsi de Gerardi morte in conservato ordine, de illo volens finire, mox reverti matteriae.*

Sed non pauca verba Galceri *Vitae* sunt peculia: *auctorizabilis; audientia; coniurum; deiurare; dissonantia; glorianter; grandes; defensabilis; insultare; magisterium; perprobare; refugare; solidarii;*

*subauditus. — Alia habet Vita Nicolai: fortunum; inonservatus; caudarius; classica (= campanae); interrare; tormentare; seniores Cameraci; Haunium pro Hannonia. In utraque legitur: sustinentia in extremo dictamine praesentis historiae; v. 38: que sermo refert huius dictaminis; — v. 90: pontifex perfectus (quod priore loco perperam corredit editor in perfectus). Verumtamen Deum ponens adiutorem suum, qui certum desolatis prebet solatum, qui Ioseph alienum super Egyptios fecit prepositum;*

45

v. 47: *In solo Domino ponit consilium, qui certum tristibus prestat solatum, qui Ioseph venditum regique subditum super Egyptios fecit prepositum. Praef. L, 5.*

Et narrationis indoles valde diversa. Illic saepe 50 orationes vel certe verba hominum de quibus agitur referentur, in Nicolai gestis bis tantum eaque breviora. Sententiis sacrae Scripturae hic magis orationem ornat, sed narrandi arte ab illo superatur.

55